Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



est sompnus longus: aut subitus vomitus. potus acethositatis citri: aut potus vini citoniorum; aut sumere coriandrum siccum tritum cum tantundem de zuccharo albo, in quantitate duorum coclearium, et post bibere vinum citoniorum. Et bibere aquam frigidam cum aceto ebrietatem sedat. Et potus olei puri, removet ebrietatem: et similiter comestio caulium: ut in suis problematibus narrat Ar. Odorare autem camphoram et sandalos, aut per se, aut cum aqua rosata mistos, crapulam et ebrietatem alleviant. Et comedere michas panis, cum agresta, aut in aceto infusas prodest. Et multas confectiones composuerunt antiqui ebrietatem et crapulam removentes: quas hic superfluum foret scribere. ¶ Urbeta. ¶ Venter. In capitulo de carne.

Zuccarum dicitur mel canne. Ante quam depuretur est solutivum et abstersivum: Sed zuccharum depuratum est calidum et humidum in primo. bonum generat nutrimentum: pectus aperit, et spiritus

No. remedia ebrietatis et crapule.